



**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

Secunda pars prædicti paradoxii, de Reo non respondente ad
interrogationem, quamvis legitimam Iudicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

Secunda Pars prædicti Paradoxii.

De Reo non respondente ad interrogationem quamvis legitimam Iudicis.

12. In hac secunda Paradoxii parte de duobus insinuat Tamburinus. Primò, quod concedat Reo, si ad effectus vite, posse, licite æquivocando, non respondere Iudici, quamvis legitime interroganti. Secundò, quod idem concedat, tamen si vite spes non adit.

Quoad primum, antequam respondeam, necesse est, hic rescribere germanam Tamburini doctrinam, quæ est huiusmodi.

13. TAMB. Iam si legitimus est Iudex (ait lib. 3. in Decal. cap. 4. §. 3.) legitimeque per semiplenam probationem interroget; unde Reus ex nullo capite ex his excusari videatur à satenda veritate, celebri questione queritur, an ob periculum vite, quod sincere respondendo, subire possit excusari, atque adeo ipsi negare veritatem cum æquivocatione, liceat?

14. Non excusandum, quamvis imminet vite discrimen, docet Sanch. in Conf. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 29. & dub. 33. S. Thom. Sylvest. Navar. Sotus, alique permulti apud eundem, & apud Joan. Sanch. in Sel. mox cit. præsertim antiquiores. Ratio potissima est, quia inter partes iustitie potissima est obedientia, qua tenetur quis obedire superioribus, iuste, & legitime præcipientibus. Sed jam supponimus, legitime præcipere, idque jam noscere Reum; unde ergo excusari poterit à parendo? Adde, non vulgare Reip. detrimentum fore, si talis obligatio satendi crimina negaretur; passim enim, hac impunitatis spe, grassantur maleficia.

15. Duo tamen hi Doctores notant; alterum est ad hoc, ut Reus teneatur, sine æquivocatione respondere (de Reo loquimur, non de Teste, de quo alia est ratio videnda, si placent, apud cit. Delugo de Iust. tom. 2. d. 40. lect. 1. num. 8. & d. 39. lect. 2. num. 14. Thom. Sanch. in Conf. tom. 1. lib. 6. cap. 3. d. 56.) requiri prius, infamiam, vel iudicia contra ipsum esse legitime probata in processu, saltem per semiplenam probationem, quam sine dubio facit unus testis idoneus de visu, & item requiri, ut id totum ipsi Reo sit notificatum. Ratio est, inquit Sanchez, in Conf. lib. 6. cap. 3. d. 32. quia secus potest reputare Reus, suum crimen esse occultum, & sic excusari à satenda veritate: & quia (inquit Sotus apud Sanchez l. cit.) sicut nemo tenetur ante promulgationem legis, legi obedire; ita nec tenetur Iudici, antequam notificet, se iudicis interrogare.

16. Alterum est, si forte qui veritatem Iudici occultavit, non obligari ad se coram Iudice retractandum, siue fuerit absolutus, siue damnatus, siue adhuc iudicium pendeat, siue non. Sic Sanchez in Decalog. lib. 3. de Jur. cap. 7. num. 8. Ratio potissima est, quia est regendo suum crimen, peccaverit contra obedientiam, tamen huic crimini satis medebitur, si de illo rite doceat, &c.

17. Sed jam alii Recentiores, ut Delugo, loc. cit. num. 15. Joan. Sanch. in Sel. d. 43. à num. 23. cum Doctoribus viginti duobus, post accuratam discussionem, advertentes, onus esse supra naturam vires difficile, Reum obligare ad inferendum testimonium capitale contra seipsum, docent probabilissimum esse, & tutum, Reum minime obligari ad satendam veritatem.

Pars II.

dum suum crimen, unde tantum malum sibi parari, videat. Potissima ratio illa mihi videtur, quia nemo obligandus est concurrere ad seipsum occidendum, cum sit de iure nature, non solum vitam sibi tueri, sed etiam ad mortem suam, quantum quis potest, non concurrere. Adde, esse doctrinam communem, rem multo difficilem reputari moraliter impossibilem, ad quam præcipiendam nulla potest humani extendi possit. At præceptum de dicenda hac veritate, quod nunc tradit Reo Iudex humanum est, & positivum, ergo non se extendit ad rem tam difficilem, qualis est ea confessio, qua Reo mortem parat.

18. Hinc solvitur ratio adversariorum, num. 3. allata. In re enim tam ardua Iudex, Superior non est. Quod si is soleat cogere, ideo est quia sequitur contrariam opinionem, quæ saltem ob auctoritatem Doctorum probabilis est. Ita Joan. Sanch. in Sel. d. 43. num. 14.

19. Ad id, quod additur, negandum est, periclitari bonum Reip. alia enim via, nempe inquirendo testes, & incutendo timorem torture Reo, ut fateatur, potest se tueri Republica sine necessitate obligandi Reum sub mortali; Et certe patet experientia, nihil adhuc profuisse timorem peccati per tot annos, in quibus opinio prior passim evulgabatur, de qua testatur Delugo, tom. 2. de Iust. d. 40. lect. 1. num. 6. Quotusquisque enim fuit ille, qui ob eiusmodi peccati timorem suum crimen aperuit? Adde, non esse certum, quod ego pro bono communi, ad quod non teneor ex stipendio, seu ex iustitia, obliget mortem subire. De qua re alibi. Interim lege Joan. Sanch. in Selec. d. 43. num. 41. Hactenus Tamburinus.

20. Advertisti, lector, hanc sententiam in eo casu, quo spes affulget evadendi vitam, excipit à Delugo Eminentissimo æque ac Sapientissimo Theologo, & à Joan. item Sanch. cum viginti duobus aliis? Qua igitur de causa Baronius in unum Tamburinum, tanquam in objectum sibi scopum, suas insinuationes contorquet? & cur hanc sententiam inter Paradoxa numerat, hoc est inter dicta ultra opinionem, quam tamen tot Auctores, non spernendis suffulti rationibus, opinantur? Dixisset, hanc sententiam ab ipso existimari improbabilem, vel minime veram, vel quid simile; nam tunc profecto non ostendisset se à livore contra Theophilum, eiusque causa, contra Tamburinum innocentem inardescere: Et vide veritatem impugnantis, sic addit ibid. fol. 94.

21. BARON. Is Recentioribus ita mordicus Tamburinus adhaeret, ut antiquorum sententia nullam intrinsecam, sed solum extrinsecam probabilitatem concedat ab auctoritate Doctorum, &c.

22. Sic ille, ille, inquam, ex suis consuetis somniis, nam Tamburinus affert quidem huius sententiae auctoritatem extrinsecam, sed exprimit etiam differtissime rationes intrinsecas. Oro te, lector, ut iterum legas, quæ modo legisti num. 14. meo.

23. TAMB. Non excusandum (ait l. cit. num. 3.) quamvis imminet discrimen, docet Sanch. S. Thom. Sylvest. Navar. Sot. alii permulti apud eundem, & apud Joan. Sanch. præsertim antiquiores. Ratio potissima est, quia inter partes iustitie potissima est obedientia, qua tenetur quis obedire Superioribus iuste, & legitime præcipientibus. Sed jam supponimus, legitime præcipere, idque jam noscere Reum, unde ergo excusari poterit à parendo? Adde, non vulgare Reip. detrimentum fore, si talis obligatio satendi crimina, negaretur; passim enim, hac impunitatis spe, grassantur maleficia.

24. Hæ, Deus bone, non sunt rationes intrinsecæ? Abi ergo, oro te, Baroni, in ultimas Insulas, ibique tuas fabellas enarra.

Ddd 3

25. Illos

25. Illos multos Doctores, video te, lector, velle cognoscere. Sane libenter producā, ut scilicet sententiam hanc magis confirmem, & clare ostendam, illam nimis immerito fuisse vocatam Paradoxon. Sic ergo scribit Delugo.

26. DELUGO. Dubitatur sexto, (ait T. 2. de Just. d. 4. num. 14.) an semper, quoties præcedit probatio semplema, vel iudice interrogatur, teneatur Reus rogatus sateri veritatem contra se. Hac est quæstio celebris, & necessaria ad praxim quotidianam; oportet enim omnino scire, quomodo Confessarius se debeat gerere cum ejusmodi penitentibus.

Communis sententia docet, teneri semper Reum legitime interrogatum sateri veritatem, etiamsi propter eam, plebendus esset. Hanc docet D. Thom. in præsentī quæst. 29. art. 1. Cajet. Henr. Palud. Gabr. Sot. Navar. Covar. & alii, quos affert, & sequitur Lessius cap. 3. num. 12. Tolet. lib. 5. cap. 38. Malder. in præsentī tract. 6. c. 3. dub. 1. & alii innumeri, quos congerit, & sequitur Sanch. d. c. 3. dub. 29.

27. Secunda sententia negat, illam obligationem esse adeo universalem. Excepiuntur autem ab aliquibus varii casus. Primus est, si timeatur Sententia mortis. Secundus, si dammandus esset Reus ad irremedias. Tertius, si confiscanda omnia bona. Quartus, si periclitaretur in honore, & in aliis casibus similibus. Hanc sententiam tenet Navarra, lib. 2. de Recl. d. 4. num. 137. & sequent. ubi refert Panor. Sylvest. Angel. Armil. & alios.

Eandem sequitur Emam. Rodrig. in sum. tract. de ord. judicial. cap. 10. num. 1. ubi citatur Salzedo in Pract. Crim. cap. 26. pag. 431. eamque dicit probabilem. Vega in Pract. lib. 5. c. 422. & Less. ubi supra, numer. 18. Sā. Ver. Malder. ubi supra. Suarez etiam consultus anno 1596. eam dicit probabilem, sicut & P. Salas, P. Henriquez cum aliis Theologis; ut testatur idem Salas in schedula propria manu subscripta, quam apud me habeo. Unde excessit Turrianus in præsentī Disp. 10. dub. 2. num. 7. & in Select. Cent. 1. de Cens. Theol. dub. 75. dum hanc sententiam improbabilem omnino esse, affirmat, & non habere pro se nisi tres, aut quatuor Summistas, quorum in hac re nulla auctoritas est; Sed certe ex Recentioribus tot jam eam probabilem dicunt, ut ii, demptis etiam antiquioribus, sufficerent. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 16. diff. 1. num. 10. Filliuc. tract. 4. num. 166. Filliuc. tract. 4. num. 166. Fagund. ubi supra. c. 31. num. 11. & seq. Alcozer. in sum. c. 16. §. & Reo. Reginald. in Praxi, tom. 2. lib. 24. sect. 3. num. 3. Portel. in Dub. Reg. tit. Correctio Fratrum, v. Reus, num. 43. Peyrin. de Religioso subdito, t. 1. quæst. 1. c. 16. Dian. tom. 1. Miscel. resol. 27. Joan. Sanch. in select. dub. 43. n. 29. & seq.

28. Prima sententia probabilissima est, maxime accedente communi auctoritate: Secunda tamen est valde probabilis, & in praxi omnino secunda, præsertim in causis Capitalibus.

29. Debet autem intelligi, quando Reus sperat posse, negando, fugere condemnationem, alioquin negatio erit omnino inutilis. Probatur hæc sententia, &c. Hactenus Delugo.

30. Atque hæc, quoad prius, quando spes allucet effugiendi mortem. Quid, quoad posterius, quando spes ejusmodi non apparet? De hoc sic habet noster Author.

TAMB. num. 7. Doctrinam hactenus à nobis (ait l. cit. num. 7.) allatam, limitant citati Doctores, asserendo, posse à Reo negari sub equivocatione crimen, modo aliqua tandem eluceat spes effugiendi mortem; secus enim negatio, ajunt, esset inutilis, si ipse nihilominus convictus esset, & certo

dammandus. Ego vero censio, etiam nullam allucere, si rem à mortali esse etiam ejusmodi Reum excusandum (exipio cum Sanch. in Decal. lib. 3. cap. 7. cum 11. idem hæreticus; convictus enim de illa, sateri debet, non tamen hæreticus cum scandalo pariam subleat.) Ratio, quæ movet, est, quia ex una parte de iuramentis est, bonum non posse infringi ad concurrendum ad mortem suam, & ex alia parte ad summum in hoc casu offenditur (stetisse sententiam) potestas Superioris in re levi. Si enim Reus convictus est, certoque plebendus, nihil addet confessio, quantum ad punitionem criminis, de qua est sermo: tunc tamen sit ad dammandum satis instructus; in qua quæ gravi offenditur potestas ipsius.

31. Sed certe notat Sanch. lib. 3. in Decalog. cap. 1. num. 11. Iudices Reum interrogantes, namque quem iudiciorum causa, probationisque illi aperire, fieri quæritur sententia, quod id, ad legitime interrogandum, non reputatur, cum igitur Reus statum suæ causæ ignoret, non præsumere poterit, fore spem effugii, si ipse crimen non reatur; & sic semper in praxi, etiam in adversariis sententia, possit veritatem occultare.

32. Denique quod dictum est de periculo vite, æternæ communitur ad quodcumque malum græve, puta exilium, bonorum amissionem, irremedias, gravem infamiam &c. in Delugo l. cit. num. 15. ad hæc enim tam gravis mala perinde, ac ad mortem advertendam, ius naturæ nos arctat, ut nos urget.

33. Quid de malo levi? præcipiat mihi Superior, ut fatear, an dixerim mendacium iocundum, an sim fornicatorum, an silentium in Religione fregim, ex quo censum mihi non nisi malum leve accendere possit? vel præcipit, a fatear, homicidium (furtum grave, &c.) ex quo confessione certus sim (ita suppono) solum malum leve maxime, si negem cum equivocatione, quod non peccatum committam?

34. Respondeo. A mortali fortasse excusandus esset, quando contrarius sit Delugo, tom. 2. de Just. d. 4. c. 16. §. 16. fine. Ratio esse potest, quia, vel de iuramento debetur esse, ut ne leve quidem vulnus mihi infirigam; vel quia, si agitur de pena levi infirigenda, videtur & leve, & non rigorosum Superioris præceptum; vel quia exequutio talis veritatis non oritur grave malum Reip. si solum levis pena sit imponenda. His tamen exceptis, nulli alio modo communi aliter possetur; vel nisi sic diceret, non malum grave impendens Tertio; tunc enim charitas cogit, ut meo levi malo bonum grave Reip. vel proximi propinatur. Hactenus Tamburinus.

35. Non me cohibere possum, quin cautionem repetam, (saltem à mortali excusandum, exceptis hæreticis. Non offenditur potestas publica in re gravi, tunc praxim semper Reus potest præsumere spem effugii, tunc nam inde manifestum fit, quam mutila & reducta dicta Tamburini, utis possit facile ab ignorantibus accusari; at certe, non à sapientibus.

Tertia Pars.

In qua dicitur Tamburinus non sibi constans.

36. BARON. Sic habet l. cit. §. 3. fol. 81. Hac duo docet Tamburinus. De iure natura &c. ne leve mihi vulnus infirigam. Et, ad reverentiam, &c.